Ad Chron. Tolosani ex codice olim Manfrediano. (Cf. Mittarelli c. 16 et 17; Documenti etc. t. VI c. 13 et 14)

c. XIII De origine et statu urbis Favencie (sic!)

Videntes autem Ravennates civitatem Favencie multis Deo dante liberari angustiis et cotidie auri flante (sic!) secunda de bono in melius crescere, timentes etiam ne aliquando eis possent resistere, sollicite cogitabant quomodo Faventinos valerent opprimere. Verum quia (~~in Handschrift qs sonst = quel~~) de tanta urbe mencionem fecimus, ideo quanta et qualis et a quo et quando fuit edifficata si placet, videamus.

Fuit autem Ravenna antiquissima urbs Ytalie, a filiis Nemroth nepotis Noe in etate secunda edificata, maxima nobilitate polens, deliciis omnium que terra marique gignuntur (~~sic!~~) decorata. Insuper sanctorum munita presidiis et divino cultui maxime mancipata, honoribus atque modis omnibus vicinarum civitates provinciarum merito supereminuit universas. Enimvero ex antiquo notabilis et famosa, ut ad famam nobilitatis eius ac populorum multitudinis beatus Petrus ad eam suum discipulum, Apolenarem nomine, dirigeret dicens: Surge, accipe spiritum sanctum simulque pontificatum et perge ad urbem que vocatur Ravenna. Multitudo populi illic moratur etc. Quanto autem desiderio cives Ravenates fidem suscepere catholicam, ecclesie multe et maxime atque ab eis mirifice adornate nobis demonstrant. Sedet siquidem civitas memorata in litore maris Adriatici ~~ad nacio sita (sic codex habere videtur legendum Adriatici)~~ sita, quam ~~pre~~ (preter?) ceteros ~~annos~~ (amnes?) Heridani fluenta nobilitant. Predictarum itaque ~~totum~~ (rerum?) meritis et sanctorum patrociniis fulta, meruit exarcatus per tempora multa et metropolis appellari usque in presentem diem. Postquam vero serpente suadente antiquo Ravennates in suos vicinos licet mi-